

58 Sed an illegitimus dispensatus ab Episcopo, vel à Summo Pontifice super beneficio incerto, eo consecuto cum effectu possit absque dispensatione aliud obtinere? Respondeo quod non: quia cum dispensatio sit exorbitans, strictè est intelligenda, & ita seruatur in curia. Vide Francum in capitulo primo, de filio presbyter. libro 6. numero 12. in fine. Pœna vero ex parte recipientium ad professionem contra non obseruantes constitutionem Sixti Quinti est, ut sint excommunicati, suspensi, & priuati voce activa, & passiva: Ex parte vero receptorum, quod professio est nulla, possumusque eici à religione. [Hodie vero dicta constitutio fuit moderata, & penè reducta ad ius commune per S. D. N. Gregorium X IIII. quæ incipit, Circumscripta Romani Pontificis prouidentia. & terminatur, Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. X C I. Idibus Martii, Pontificatus anno primo.]

59 Quartusdecimus, † inducitur irregularitas propter baptisimi dilationem in adultis usque ad ægreditudinem, capit. si quis, distincțio. 57. Verum adde unum, quod solet esse in praxi circa baptisimi collationem, de quo etiam supra diximus, scilicet, quod hodie communis inolevit usus 60 per capit. 2. de bapt. quod † quando puer fertur baptizandus in Ecclesia, Parochus interroget obstetricem, si baptizauit puerum ita, vel ne? quæ si baptizasse responderit, iterum eam interrogare oportebit: adhibita ne fuerit debita forma, & materia? quæ si vtrumque adhibuisse dixerit, necessaria nō erit baptisimi reiteratio, sed tantum faciet acnes alias solemnitates. † si vero obstetrica nō recordatur, an debitam adhibuerit formam, & materiam, vel si adhibita debita forma, & materia, baptizauerit pedem, uel manum pueri nondum totahter egressi ab utero matris, & tunc in utroque casu baptizabit illum conditonaliter, Si non es baptizatus, ego te baptizo, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus

sancti, Amen. Ita D. Thom. 3. parte quæst. 68. artic. 11. ad quartum, Sylvest. in uerbo, Baptismus, 4. quæst. 1. Io. Tab. in uerbo, Baptismus, 1. Sotus in 4. sent. dist. 5. quæst. unica, art. 11. uers. in quarto argumento.

62 Quod † secus esset dicendum, si caput extra uentre prodierit, in quo omnes uigent sensus, nam tunc baptizato ab obstetricie capite, non opus est iterum baptizari sub conditione, D. Tho. & Sotus, qui supra, facit tex. in cap. baptizari, distincț. 6. l. cum in diuersis, de relig. & sump. fun.

63 Insuper † fit irregularis religiosus egrediendo claustrum ad audiendam phisicam, si infra duos menses non reuertitur, capit. fin. ne clerici, uel monac. cap. super specula, eod. titu. De hac diximus supra capit. 23. nume. 426. Rursum per recursum ad Imperatorem sub prætextu iniusta excommunicationis, capit. pen. 21. quæst. ult.

64 Præterea † propter hæresim, atque obseruitatem, cap. legem, 23. dist. In hac irregularitate comprehenduntur omnes servi empti, uel capti in bello, obligati ad rationia publica, uel priuata, ut habentes officium per quod ad syndicatum conueniri possint, ut gubernatores, iudices, affessores, auditores. Item officiales rationales, officiales, C. de Episco. & cler. Aerarii, thesaurarii, syndici, uel obligati ad priuata rationicia, antequam ratione reddiderint; ut tutores, curatores, procuratores, negotiorum gestores.

65 Nouissime † Sextus V. Pontifex maximus, anno 1587. per quandam extram, quæ incipit, Cum in omnibus, contra illegitos, & criminosos, flatuit, ut criminosis, ignominiosis, ære alieno grauiati nō possint admitti ad religionem sub pœnis in ea contentis. Criminosi verò non tantum intelligentur, qui realiter crimina perpetrarunt, uerum de crimine famoso suspechi, ut de rapina, furio, &c.

66 Item damnati † ad tritemes, uel in insulam deportati, aut in exilium condemnati: Hi enim ex defectu libertatis, cum